



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisæus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An Sacramenta solo numero distincta, adultis inæqualiter dispositis,
conferant inæqualem gratiam. n. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

CONFIDENTIA. IX.

Conc. Trid. Sess. 6. cap. 7. dicit, iustitiam recipi in (Sacramentis), secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Unde quaeritur, an Sacramenta solo numero distincta adultis inaequaliter dispositis conferant inaequalem gratiam, etiam tunc, quando dispositio ex se meritoria non est? **14.**
R. Affirmative et ipsius Concilii verbis, quae non faciunt distinctionem inter dispositionem de se meritoriam & non meritoriam gratiae: igitur juxta utramque dispositionem (meritoriam & non meritoriam gratiae) majorem vel minorem, Sacramenta conferunt gratiam majorem vel minorem, idque vi Sacramenti & ex opere operato. Et Ratio est, quia Sacramenta agunt ad modum causae naturalis: Haec autem in subiecto magis disposito causat perfectiorem effectum: Igitur.

CONFIDENTIA. X.

Quia moraliter vix possibile est, ut in Sacramentum administratione materia & forma ita sint simul tempore, ut eodem instanti temporis utriusque applicatio simul inchoetur, & simul finiatur, quaeritur quae simultas requiratur & sufficiat. **15**

R. Requiritur & sufficere simultatem moralem; ita scilicet ut secundum moralem aestimationem hominum (spectata naturam cuiusque Sacramenti) verba formae materiam afficiant